



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 8. Mors Sancti Joannis Capistrani

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

§. VIII.

Sæcul. XV.
A.C. 1456.*Mors sancti Joannis Capistrani.*

Tertio ab obitu Huniadis mense Joannes Capistranus quoque, cum in Hungaria adhucdum esset, ad Villachium in agro Sirmiensi animam efflavit, septuaginta & unum annos natus, cujus corpus in conventu Fratrum Franciscanorum terræ mandatum est.

§. IX.

Capistrani opera.

Sanctus iste Monachus Capistrani, quod Aprutii oppidum est prope Aquilam in Regno Neapolitano, primam lucem aspexit, cum esset Annus Christi millesimus trecentessimus octogesimus quintus. Patrem habuit Nobilitate generis clarum, nomine Angevinum, qui in Italia uxorem sibi sumpsit, & inter Ludovici Andegavensis Neapolis Regis Proceres numerabatur. Recenseamus modo libros, quos Capistranus posteritati typis impressos reliquit. Scripsit tractatum de potestate Papæ & Concilii adversus conventum Basileensem; item alium sub eodem titulo; Speculum Clericorum seu orationem ad Clerum in quadam Synodo Dicecesana Tridenti dictam; instructionem pro Presbyteris; Apologiam pro